



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

6 de Litis contestatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

verus adversus patrem, de in ius voc. P. l. 1. § 2. quan. princ. ubi. Et C. de iud. l. 4. de in ius voc. P. cum similib. Continetur & hac appellatione citationis mandatum, quo narratur compendiose scilicet peris intentio seu causa eorum quam quis vocetur, ut in l. de eden. P. § in citatione antea diximus. Est & libellus qui datur in causis appellationis, qui dicitur libellus dimissorius vel apostoli nomine, de quo in tit. De libelli dimissor. in P. l. 49. tit. 6. Et nos de hoc, refertoribus, & aliis libellis appellationum, agemus Deo fauente, libro 3. o. huius Syntagmatis. cap. 2. Postremo libellus conventionalis, dicitur petitio iudicialis scripto latius quam citatione comprehensa, ob quam conventio & vocatio in iudicium facta fuit, quae porrigitur ab actore seu petente.

¶ Formula servata tantum ea, qua possit liquido & sine dubio constare iudici & parti, de eo quod in petitionem & iudicium deducitur. Et vti ita probe coponatur, quatuor partibus principalibus constare debet. Prima, quae est epigrapha & inscriptio, continet nomen petentis, & in quo causae genere petat, & a quo, & coram quo iudice, l. 2. de for. § impet. sub. In secunda parte debet aperte & sine involuione exponere negotium de quo agitur, & hypothesin nitidam suae petitionis, c. 2. de lib. oblat. omissis antiquorum scrupulosis formulis. Sufficit enim omnino etiam proprio actionis nomine, dum modo constet quid petatur, c. dilecti, de iud. & petitio certa sit, l. Domitius, de rest. P. l. specibus, Cod. de impub. nomine, quantitate, qualitate, vel de demonstratione, l. certis, de reb. cred. P. l. ubi autem non tantum apparet de verb. oblig. P. Si res immobilis petatur, adhibet nomen, fines, vicini, proximiq; limites, mensura, iugera, & alia qualitates necessariae ad rei mobilis vel immobilis certitudinem, iuxta l. in rem, § in prima, de rei vind. P. l. si forma censuali, de censib. P. c. cum olim, de verb. orum significatione, vide gl. in c. 2. in verb. significantis, de libel. oblat. In aliis oportet esse relationem factam ad certum, vt ad testamentum certae personae, aut ad instrumentum certi anni & diei & perlocatum, l. au. Prator, § 1. de re iud. P. Tertio debet petitor addere causas suae petitionis: difficile enim est iudicem & aduersarium autem a commode petitioni, quae causam petendi non habet ex qua obligatio oritur, l. in iudicium, § sed cum nulla, de pact. in P. neque tenetur respondere aduersarius, c. in de lib. oblat. Postremo ¶ & praecipua libelli pars est conclusio, in qua iudex maximum iudicium adhibet, & per quam finis propositae actionis edisferitur, & quod petitur fieri, explicatur: vt parum aut nihil fallacitius sit iudex de superfluis vel parergis narratis in libello, si illi de conclusione constet, ad quam verba dubia praecedentia, vt ad lapidem Lydium probati debent & reduci. Neque vitium scripturae inspiciendum, si de mente constet, Zasius, consil. 4. § in consil. Latina Philop. 4. reg. Galliar. Hic dubium visum est, num alternatiue quis possit concludere: sed tamen placet in his, quae in electione sunt solius actoris, statim, non dubiam aut alternatiuam esse debere conclusionem: contra, si in arbitrio sit aduersarii interduum nisi & electio quae est actoris, in alternatiue conceptione, sit in fauorem conuenienti & defendentis, ca. ex literis, de pign. § ibi, Panor. late de alternatiue libello fo. Andro. ad. consil. ut de in int. restit. § admitti docet per illum text. § per c. cum dilecti, de emt. vide § gl. in c. cum dilecti, § de relig. domib.

¶ Subiunguntur & conclusioni communititer haec clausulae, auctorem concludi pertinement, & proteste des dispens. Prior clausula omni meliori iuri concludo, & pertinenter, efficit, vt in casu dubio, libellus debeat ac possit interpretari in fauorem ipsius, atq; habeatur pro concepto, quo aptius concipi possit, Alex. consil. 121. col. pen. 1. vol. l. in § omnium, col. 20. § 21. de actio. discif. capel. Thol. l. 3. § 2. § 2. Altera vero clausula, protestor de expensis, interpellat iudicem, vt expensas adiudicet, ni veli litem suam facere secundum Bartolum, in l. propter andum, § fin autem alterutra, C. de iudic. Post formam autem petitionis libello comprehensam, datur defendendi reo licentia.

¶ Sed tunc, num cognito libello & edito possit immutari libellus quaeritur. Et breuiter distinguendum est, in non substantialibus mutari & emendari posse, veluti in congruitate sermonis, fo. Faber in § finimus, de actio. In substantialibus vero minime possit immutari, neque eius scriptura, ex quibus vel confessio prodest aduersario, vel us eius quae situm est ante quamvis licet, ad § finimus, Bal. & Cyn. in l. edita, C. de eden. Late de hoc gloss. in ver. Emendari, & ibi incept. in l. edita actio, C. de eden. Potest tamen declarari post contestationem, l. in delictis, § si de tract. de nox. § 1. P. quia qui declarat, nihil de nouo adicit, l. heredes palam, § fin. de testib. P. neque prodest quicquam clausula quae apponi solet

quibusdam, saluo iure addendi vel mutandi, Et. aut emendandi, quia per illam clausulam, non licet etiam post contestationem addere vel mutare, interp. in d. l. edita, glo. in ca. inter dilectos, de fide instr. Et proinde in cuius non auditur quispian allegans noua, in causa appellationis: nec admittitur ad libellum vel articulationem factorum nonorum iure communi. Et proinde necessarium est impetrari a Cancellaria regiaque benignitate codicillos, quibus permittatur & admittatur impetrans, ad facta noua proponenda & capitanda, seu, vt loquuntur, articulae da imminente tamen poena multae contra impetrantes & proponentes noua, quae ad litem non pertinent, secundum constitutio. Francif. 1. anni 1539. de litibus ex breuiculo decidendis, art. 11. 2.

¶ Quocirca, quia libellus continet statum & causam causae, circa quem lis contestatur & agitatur, secundum eum debet fieri probatio intentionis praescriptae, & ille est finis praecipuus libelli: ne variare liceat, vtq; de lite veluti obignaris tabulis contendatur. Et qui in libello vnum deducit, & aliud probat, non obtinet in lite, l. habebat, de instr. act. Bart. in l. 1. eo. Boer. consil. 25. nu. 21. § 22. in addi. Ausseri, ad quaest. 11. capel. Thol.

¶ Quamobrem in l. 1. C. de plus peti. permittum est, errorem emendare & petitionem maioris summae ante litem incoatam, & actionem restringere: sed postea, minime. Imo & nunc, non poenis quidem priuationis debiti, sed damno sumtum plectitur, & quanti interest conuenit, c. 1. de plus petito. lib. 2. de reo. titu. 11. si velit mutare actionem: quod permittitur sumtibus restituitis, temperata lege antiqua civilis, qua plus petens quam deberetur re, loco, tempore, aut causis, priuabatur actione & debito, § si quis ager, de act. d. l. 1. de plus peti. C. in Claudio. Capel. Quod & ante quodammodum emendare visus est Claudius Ca. ar. de quo sic scribit Suetonius, Tranq. 14. Nec semper praescriptam legum se. utis duritiam lenitas emg. multatum, ex bono & aequo perinde vt assicerentur moderatus est. Nam & iis qui apud priuatos iudices plus petendo formula excidissent, restituiti actiones. ¶ Rationes esse libellorum ex superioribus colligi possunt, vt certa sint petitiones, & postea sententia certa sit, d. l. vt fundus, cum similib. § curare, de act. Item: ne liceat variare in praediuicium rei, & in iudiciorum contentum, post agitatum cum multis contentiombus causam; Sed & tertio, vt cognito libello possit apud se deliberare reus, nū vel satisfacere petitis, vel litigare velit, l. de eden. P. item quarto, vt arguatur rei fugientis contumacia & mens, qui maluit litigare, quam soluere, l. nemo rem suam, in 1. § 1. de verb. oblig. de qua per contestationem litis appareat. Nam forsitan & aliquando, ante actionis editionem habet iustam causam ignorandi, vt actus per gl. & tex. in l. vinum, de reb. cred. P. Et ideo ante iudicium contestatum quando non est citatio libellata, nec edita actio libello, expensae sunt faciendae ab ipso actore: imo etiam expensis eiusdem apographum libelli seu petitionis dari debet, gl. in clem. 2. in verb. oblatos, de appel. quia sine interpellatione non potest dici in mora reus, l. cum filius familias, § fin. § l. si ex legati, de verb. oblig. l. mori de vjura, P. l. illud, de pers. § com. rei. vnd. P.

De Litis Contestatione. Cap. 6.

Lib. 3. C. tit. 9. Lib. 2. Decret. tit. 5. Lib. 2. Sext. tit. 7.

- 1 Contestatio libelli quomodo fiat, & eius finis, nu. 2.
- 3 Contestatio litis duplex, expressa, & tacita.
- 4 Litis contestatio per qua fiat, & a quibus, nu. 6.
- 5 Exceptiones quae ante litem contestationem tantum admittantur.
- 7 Contestationem sequuntur articulationes, positiones, probationes, & dilationes.
- 8 Positionibus litigantium quomodo litigantes respondeant.
- 9 Reconuentiones quando tantum fiant, & mutuae petitiones.
- 10 Contestationis finis, rationes, & effectus.

Libello ¶ porre & aduersario, coram iudice contestatio libelli vel litis faciendae est. Et ex hac parte proprie iudicium, quod ex contentione partium nascitur, vt ait Cicero pro Murena, vt per hanc formam, ¶ Ager qui Sabinius, meus est, imo meus: cum in iudicium. Contestari est, inquit Sext. Pomp. Festus, cum vterque reus dicit testis estote. Contestari dicuntur litem duo vel plures aduersarii, quod ordinato iudicio vtraque pars dicere solet iustos estote. Et inde a testibus, qui ad dictorum probationem adhibendi sunt, contestationem dicta apparet. Vel quod actor sic sibi nisi esse reitetur, reus vero diffiteatur. Litis itaque contestatio, est assertio vel petitio



